

Ideo siquidem corpora dixerunt, quod visibilis hic
ignis & aqua palpabiles sient, elementaris autem ignis
spiritualis & inuisibilis. Ne igitur à nasutulis istis Veteri-
bus te seduci patiaris, subtile namque sunt, & nisi tibi ab
ipsis caueas, in laqueos tunc te coniiciunt, ad metallica
corpora te remittunt, & tamen solummodo metallicam
essentiam intelligunt. T. 151. 44.

*The Chymic Vol 3.
p. 178. 177. 44.*

T. 151. 44.

*Faker in propinquum
Helym p. 27.*

Ad multifarias diuersimodasque materias & substan-
tias viam præmonstrant, cum tamen vnica aliqua & vera
via veritati sufficiat. Multas diuersasque solutiones, co-
agulationes, sublimationes, calcinationes, & putrefac-
tiones, quæ tamen omneis nullius sunt momenti, & qui-
bus Natura in terræ venis, in quibus metalla crescunt,
non vtitur. Reuerenda namque Natura nihil agit am-
plius, quam vt elementarem ignem coquat, qui exaltatur
& confirmatur per liquorem suum, quem jam de vna in
alteram Naturam commutat, per constantem aliquam
coctionem, adeo vt, veluti antea dictum est, omneis
res in tres naturas distributæ fuerint: & quamvis
tres istæ naturæ corporaliter distinetæ sient, in vegetabi-
lem videlicet, animalem, & mineralem, nihilominus ta-
men elementares, vel, in occulto, vna aliqua ex substan-
tia exortæ sunt: Omneis vnicam vnam radicem habent,
ex qua virescunt & crescunt, quam Veteres, seductionis
ergo, primiarum, vel Hyle, appellata fuit. Nihil autem
est aliud, quam occultus ignis elementaris, cum liquore
suo, quem etiam Veteres radicalem humorem nuncu-
parunt, insane non imperite loquiuntur: Liquor enim
omnium rerum creatarum radix est.

*The Chymic Vol 3.
p. 62.*

Quod autem ista humiditas, vna cum igne suo, in di-
uersas